

probauerunt. a) Negant hoc aduersarii, Sociniani, nosque, credunt, pugnantia loqui, si homo simul Deus dicatur. Ipsi ergo, rem corroboratam negantibus, non autem nobis opus erat probatione. Conati sunt etiam, quamuis audaci fane negotio, pugnantia probare. Labefactandae itaque tantum nobis eorum rationes erant. Illis enim propulsis, homo quoque Deus esse poterat. Multum ergo et nobismet ipsis et nostris profuturi videbamur, si eas penitus destrueremus.

§. III.

Longiores hoc loco sumus, quam necesse est. Quis enim est, cui non trita atque perspicua sint, quae pluribus verbis a Logicis commemorantur, tutius rerum bonarum defensores ire, si, onere probandi, negantibus relicto, illorum argumenta a nobis euerterentur, quam si nos ipsi negantium, id est, probandi munere fungeremur. Nam ut semper facilius est, falsa prosternere, quam vera inuenire: sic nullum tam laudabile religionis mysterium est, cui, si permutata sunt tali modo officia, non nati quoque inimici quidam fuerint. Quibus incommodis ii premi praesertim solent, qui, quod exemplis queat doceri, nisi res plena odii

B 2 eset,

a) Inter bonos illos ad optimos  
hic tantum volut prouocare. Quapropter vide 1) Magnifici Praesidis  
Einleitung in die dogmatische  
Gottesgelahrheit, 4. Cap. §. XVI-  
XIX. Eiusdemque Einleitung in  
die polemische Gottesgelahrheit,  
II. Buch 4. Cap. §. X. 2) ABRAH.  
CALOVII scripta Anti-Sociniana:  
3) IO. ADAM. SCHERZERI Col-  
legium Anti-Socinianum: 4) PHIL.  
LIPPI IACOBI SPENERI Verthei-  
digung des Zeugnisses von der ewi-  
gen Gottheit Christi.